



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Clypevs Theologiæ Thomisticæ**

Continens Tractatus de attributis, de visione Beatifica, de scientia Dei, ac  
de ejus voluntate, & Providentia

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Parisiis, 1669**

§. VIII. Eadem veritas ratione duadetur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77232)



quomodo per hanc responſionem evitaretur, quod A non eſſet primum ſimpliciter, non tamen poſſet vitari quin eſſet primum agens, ſi eius actio in aliquod prius agens non reduceretur tanquam in cauſam: Sed per concuſum ſimultaneum, Deus non eſt prius, ſed ſimul agens: Ergo non loquitur de concuſu ſimultaneo, ſed de prævio.

Tertiò, D. Thomas explicat influxum Dei in materiale peccati, exemplo animæ influentis in motum progreſſivum, mediante potentiâ motivâ: Atqui talis influxus non eſt ſolum ſimultaneus, ſed etiam prævius; anima enim, mediante potentiâ grefſivâ, verè movet & applicat tibiam curvam ad motum progreſſivum: Ergo D. Thomas loquitur de concuſu prævio, & non tantum de ſimultaneo.

Quartò, Idem S. Doctòr in eodem articulo in reſp. ad 2. ait quòd Deus eſt cauſa actionis malæ, ut eſt actus, & ens, ſecundum quod inſluit agenti eſſe poſſe, & agere. Atqui Deus per concuſum ſimultaneum non inſluit agere, ſed tantum per concuſum præviuſ; quia per concuſum ſimultaneum non movet, nec applicat potentiam ad agendum; nec facit quòd actio ab illo exeat, ſed ſolum cum illo agit, eique cooperatur: Ergo idem quod prius.

Quintò, Idem Doctòr Angelicus ibidem in reſp. ad 5. aperte deſtruit præcipuum adverſæ ſententiæ fundamentum, ut oſtendemus §. ſequenti: Ergo non favet A dverſarijs.

Denique Albertus magnus loco relato, dicit quòd Actus malus, in quantum eſt actus, non egreditur à potentiâ activâ, niſi ſecundum quòd illa movetur à cauſa prima: Atqui concuſus ſimultaneus non facit quòd actus egrediarur à potentiâ activâ, nec illam movet ad agendum, ſed tantum ſimul cum illa inſluit in eandem operationem & effectum, ut conſtabit ex dicendis §. ſequenti: Ergo etiam Albertus magnus agnoſcit influxum Dei, non ſolum ſimultaneum, ſed etiam præviuſ, in materiale peccati.

Hæc D. Thomas.

191. Idem ferè docet Albertus magnus, ejus Magiſter, ibidem diſt. 35. art. 7. ubi etiam relatâ opinionione quorundam Theologorum ſui temporis, qui exiſtimabant actus malos, etiam in quantum actus & entia, non eſſe à Deo, ut à prima cauſa efficiente, ſed à ſola voluntate creata, dicit quòd Hæc opinio quæ obtinuerat plures antiquorum, ferè ceſſit ab aula, & à multis modernorum reputatur hæretica. Et eam impugnat eadem ratione quâ S. Thomas, quia ſcilicet, Cum actus malus ſit ſimpliciter actus egrediens à potentiâ activâ perfecta ſecundum naturam, non egreditur ab ea, niſi ſecundum quòd movetur à cauſa prima; alioquin ſequeretur duo eſſe prima principia.

192. Ex his plura argumenta deduci poſſunt, ad demonſtrandum, utrumque S. Doctorem docere, Deum non ſolum ſimultaneo, ſed etiam prævio influxu, in materiale peccati influere. In primis enim S. Thomas dicit quòd Quidquid eſt in actu peccati de ratione entis & boni, totum hoc à Deo procedit, mediante voluntate: Sed per concuſum ſimultaneum Deus non producit actum peccati, in quantum eſt ens & actus, mediante voluntate (id eſt influendo in voluntatem ut in cauſam) ſed immediatè cum voluntate in illum inſluit: Ergo ſecundum D. Thomam, Deus non ſolum concuſu ſimultaneo, ſed etiam prævio, inſluit in materiale peccati.

193. Secundo, Idem S. Doctòr ibidem ait, quòd

non poſſet vitari, quin voluntas creata influens in materiale peccati, eſſet primum agens, ſi ejus actio in aliquod prius agens non reduceretur tanquam in cauſam: Sed per concuſum ſimultaneum, Deus non eſt prius, ſed ſimul agens: Ergo non loquitur de concuſu ſimultaneo, ſed de prævio.

194. Tertiò, D. Thomas explicat influxum Dei in materiale peccati, exemplo animæ influentis in motum progreſſivum, mediante potentiâ motivâ: Atqui talis influxus non eſt ſolum ſimultaneus, ſed etiam prævius; anima enim, mediante potentiâ grefſivâ, verè movet & applicat tibiam curvam ad motum progreſſivum: Ergo D. Thomas loquitur de concuſu prævio, & non tantum de ſimultaneo.

195. Quartò, Idem S. Doctòr in eodem articulo in reſp. ad 2. ait quòd Deus eſt cauſa actionis malæ, ut eſt actus, & ens, ſecundum quod inſluit agenti eſſe poſſe, & agere. Atqui Deus per concuſum ſimultaneum non inſluit agere, ſed tantum per concuſum præviuſ; quia per concuſum ſimultaneum non movet, nec applicat potentiam ad agendum; nec facit quòd actio ab illo exeat, ſed ſolum cum illo agit, eique cooperatur: Ergo idem quod prius.

196. Quintò, Idem Doctòr Angelicus ibidem in reſp. ad 5. aperte deſtruit præcipuum adverſæ ſententiæ fundamentum, ut oſtendemus §. ſequenti: Ergo non favet A dverſarijs.

197. Denique Albertus magnus loco relato, dicit quòd Actus malus, in quantum eſt actus, non egreditur à potentiâ activâ, niſi ſecundum quòd illa movetur à cauſa prima: Atqui concuſus ſimultaneus non facit quòd actus egrediarur à potentiâ activâ, nec illam movet ad agendum, ſed tantum ſimul cum illa inſluit in eandem operationem & effectum, ut conſtabit ex dicendis §. ſequenti: Ergo etiam Albertus magnus agnoſcit influxum Dei, non ſolum ſimultaneum, ſed etiam præviuſ, in materiale peccati.

## §. VIII.

Eadem veritas ratione ſuadetur.

198. D. Ius Thomas quaert, 3. de malo art. 2. in corp. duplici ratione probat actionem peccati eſſe à Deo. Primò quidem ratione communis, quia cum ipſe Deus ſit ens per ſuam eſſentiam, nam ſua eſſentia eſt ſuum eſſe, oportet quòd omne quòd quomodocumque eſt, derivetur ab ipſo. Nihil enim aliud eſt quòd ſit ſuum eſſe, ſed omnia dicuntur entia per quandam participationem: omne autem quòd per participationem dicitur tale, derivatur ab eo quòd eſt per eſſentiam ignita. Maniſteſtum eſt autem quòd actio peccati eſt quòdam ens, & in predicamento entis poſitum; unde necesse eſt dicere, quòd ſit à Deo. Secundo autem idem patet ratione ſpeciali: necesse eſt enim omnes motus ſecundarum cauſarum cauſari à primo movente, ſicut omnes motus inferiorum corporum cauſantur à motu colli: Deus autem eſt primum movens reſpectu omnium motuum & ſpiritalium & corporalium; ſicut corpus cæleſte eſt principium omnium motuum inferiorum corporum: unde cum actus peccati ſit quidam motus liberi arbitrij, necesse eſt dicere, quòd actus peccati, in quantum eſt actus, ſit à Deo. Quibus verbis S. Doctòr duplicem rationem fundamentalem noſtræ concluſionis inſinuat.



199. Prima potest sic proponi. Si Deus non prædefiniret materiale peccati, sed circa illud haberet decretum purè indifferens, & à voluntate creata ad speciem actûs determinabile, daretur in rerum natura aliqua actualitas, & aliquis existentia gradus, qui divinam causalitatem subterfugeret, & in Deum tanquam in primum ens, & primum actum non reduceretur: Sed hoc non potest dici, alioquin darentur duo prima rerum principia; quod est in errorem Manichæorum incidere, & primo Symboli articulo, quo Deum omnium visibilem & invisibilem autorem profiteremur, repugnare: Ergo &c. Sequela Majoris probatur: Determinatio voluntatis creata ad materiale peccati, est aliqua actualitas potentia, & in se imbibit transcendentaliter aliquem existentia gradum: At si Deus non prædefiniret materiale peccati, sed circa illud haberet decretum purè indifferens, non causeret determinationem voluntatis ad illud: Ergo daretur aliqua actualitas, & aliquis gradus existentia, qui divinam causalitatem subterfugeret &c. Major constat, determinatio enim voluntatis creata est exercitium libertatis potentialis illius, sive ipsa libertas in actu secundo; ac proinde aliqua ejus actualitas; & cum non sit purum nihil, vel ens rationis, sed aliqua entitas, vel aliquis modus entis, in se imbibit aliquem existentia gradum. Minor verò, in qua est difficultas, constat ex principijs supra statutis, agendo de divinorum Decretorum efficacia & causalitate. Ibi enim ostendimus, decretum indifferens, & à voluntate creata ad speciem actûs determinabile, non posse causare voluntatis creatae determinationem. Tum quia illam expectat, vel supponit, in aliquo priori rationis vel natura, ut determinatè in actus nostros liberos influat: nulla autem causa expectat vel supponit suum effectum, ut operetur, & determinatè in illum influat. Tum etiam, quia ut sæpè docet D. Thomas supra relatus: à principio indifferenti, ut indifferens est, non potest procedere voluntatis determinatio, sicut nec à frigido ut tali produci calor. Adde quod, Adversarij docent concursum simultaneum in actu primo consideratum, seu decretum concurrenti cum causis liberis, se habere sicut habitum in potentia residentem, quo utimur quando volumus: Atqui habitus non causat actualem determinationem potentia, sed potius ab ea determinatur ad agendum: Ergo nec decretum indifferens.

200. Hanc rationem insinuat D. Thomas non solum loco supra relato, sed etiam i. 2. quæst. 79. art. 2. ubi quærit. *Vtrum actus peccati sit à Deo?* Et propositis quibusdam argumentis in contrarium, sic concludit: *Respondedo dicendum quod actus peccati, & est ens, & est actus, & ex utroque habet quod sit à Deo: omne enim ens quocumque modo sit, oportet quod derivetur à primo ente, ut patet per Dionysium 5. cap. de divin. nomin. Omnis autem actio causatur ab aliquo existente in actu, quia nihil agit, nisi secundum quod est actu: omne autem ens actu reducitur in primum actum, scilicet Deum, sicut in causam, qui est per suam essentiam actus: unde relinquitur quod Deus sit causa omnis actionis, inquamvis est actio. Sed peccatum nominat ens & actionem cum quodam defectu: defectus autem ille est ex causa creata, scilicet libero arbitrio, in quantum desit ab ordine primi agentis, scilicet Dei: unde defectus iste non reducitur in Deum sicut causam, sed in li-*

A *berum arbitrium. Sicut defectus claudicationis reducitur in tibiam curvam, sicut in causam, non autem in virtutem motivam, à qua tamen causatur quicquid est motionis in claudicatione. Et secundum hoc Deus est causa actus peccati: non est tamen causa peccati, quia non est causa hujus quod actus sit cum defectu.*

Quibus verbis S. Doctor in primis clarissimè docet, peccatum, in quantum est ens & actus, à Deo ut primo ente, & primo actu procedere. Secundo, ut, hoc non obitante, salvet Deum non esse causam peccati, non recurrit ad concursum simultaneum, & indifferens, à voluntate creata determinabilem, sicut Adversarij; sed ad solam creaturæ defectibilitatem, quæ tali entitati & actualitati quam Deus in materiale peccati attingit, per accidens adjungit malitiam & deformitatem. Quod explicat exemplo claudicationis, quæ solum reducitur in tibiam curvam, non vero in virtutem motivam, vel in animam moventem: à qua tamen, inquit, *causatur quicquid est motionis in claudicatione.* Non potest autem negari, animam, mediante potentia gressiva, verè & physicè movere & applicare tibialis curvam ad motum progressivum: Ergo similiter, quamvis Deus physicè moveat & applicet voluntatem ad materiale peccati, quatenus est ens & actus, eique per accidens, & ex defectibilitate creaturæ, adjungatur malitia & defectus, non sequitur Deum esse autorem peccati, nec violatur sanctitas divinæ naturæ. Thomistæ ergo Angelici Præceptoris vestigijs ubique inhaerentes, nunquam induci poterunt, ut sub prætextu salvandi divinæ sanctitatis, & humanæ libertatis jura, & privilegia, Deo dignitatem primæ causæ, & primi principij (quæ nihil præstantius est) ad creaturam transferrent; & ita à Calvinianorum errore recedendum esse existimant, ut in alium pejorem (Manichæorum scilicet, plura rerum prima principia admittentium) incidere non cogantur.

Dices cum Recentioribus: Sufficiens salvari in Deo dignitatem primi principij, per hoc quod voluntas creata à Deo receperit virtutem agendi, & indigeat ejus concursu simultaneo ad operandum.

Sed contra primò: D. Thomas §. præcedenti relatus, hanc responsum refert, & impugnat, aitque, quod *Quamvis per illam evitaretur quod voluntas creata non esset primum simpliciter, non tamen posset vitari, quin esset primum agens, si ejus actio in aliquod prius agens non reduceretur tanquam in causam.*

Secundò, Indigentia concursus simultanei præcisè, non derogat dignitati primi principij, nam Deus ad actus nostros vitales, & liberos concurrat ut causa prima, & tamen, secundum communem Philosophorum sententiam, non potest illos producere sine consortio, cooperatione, & concursu simultaneo potentia vitalis.

Tertiò, Per concursum simultaneum Deus non potest causare liberam nostræ voluntatis determinationem, ut sæpè ostendimus: Ergo per illum non salvatur in Deo ratio primi principij, saltem respectu talis determinationis.

Quartò, Per concursum simultaneum Deus non potest constituere voluntatem creatam, & alias causas secundas, in ratione principij actualis & effectivi suarum operationum: Ergo per talem concursum non salvatur sufficienter in Deo ratio primi principij. Consequentia patet, nam



ad rationem & dignitatem primi principij pertinet constituere alias causas inferiores in ratione principij actualis suarum operationum. Antecedens verò probatur: Sicut principium actuale operationis est aliquid prius saltem naturæ, ipsa operatione (cùm sit causa illius, & omnis causa, prioritate saltem naturæ, suum effectum antecedit, ita & id per quod in ratione talis principij constituitur, debet ipsam operationem, prioritate saltem naturæ, antecedere: Sed concursus simultaneus prioritate naturæ determinationem voluntatis creatæ non antecedit, alioquin; ut supra dicebamus, non esset simultaneus, sed præuius, imò & prædeterminans: Ergo illam in ratione principij actualis suarum operationum non constituit.

Denique per concursum simultaneum non salvatur sufficienter subordinatio causarum secundarum ad primam, in agendo & causando: Ergo nec in Deo dignitas primi principij. Consequentia patet, Antecedens probatur. Nam ut egregie discurret S. Thomas 3, p. quæst. 19. art. 1. *Ubi cumque sunt plura agentia ordinata, inferius moveatur à superiori: sicut in homine corpus moveatur ab anima, & inferiores vires à ratione. Sic igitur actiones & motus inferioris principij, sunt magis operata quadam, quam operationes; id autem quod pertinet ad supremum principium, est propriè operatio.* Quibus verbis apertè declarat S. Doctor, ad salvandam subordinationem inter plura agentia, requiri quòd inferius moveatur, & applicetur ad agendum à superiori, sicut corpus moveatur ab anima, & potentie inferiores à voluntate, & imperio rationis: Ergo ad salvandam subordinationem in agendo & operando inter creaturas & Deum, non sufficit indigentia concursus simultanei; sed præterea requiritur, quòd causæ secundæ moveantur & applicentur ad agendum à prima. Unde Catechismus Romanus iussu Pij V. editus, & per ipsum Concilium totius Ecclesiæ propositus, ut inde quasi è purissimo fonte doceri possint à Parochis fideles, & in sana doctrina instrui: explicans in Symbolo fidei, articulum omnipotentie divinæ, & subordinationem ac dependentiam in agendo creaturarum à Deo, ad verba illa, *Creatorem cæli & terre*, sic ait: *Non solum autem Deus universa que sunt providentiâ suâ tueretur atque administrat, verum etiam que moventur & agunt aliquid, in imâ virtute ad motum atque actionem ita impellit, ut quamvis secundarum causarum, efficientiam non impediatur, preveniat tamen: cum ejus occultissima vis ad singula peringat, & quemadmodum Sapiens testatur, attingat à fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia suaviter. Quare ab Apostolo dictum est, cum apud Athenienses annuntiaret Deum quem ignorantes colebant: non longè est ab unoquoque nostrum, in ipso enim vivimus, movemur, & sumus.*

202. Confirmatur: Quotiescumque inter aliquos invenitur subordinatio in aliqua ratione, toties etiam reperitur inter illos prioritas, & posterioritas, secundum illam rationem: Sed in concursu simultaneo quo Deus cooperatur causis secundis, nulla reperitur prioritas & posterioritas in influentia & causalitate, sed omnimoda concomitantia & similtas: Ergo per talem concursum non salvatur subordinatio causæ secundæ à prima in agendo & causando. Minor patet, Major verò ratione & exemplis suadet. Ratione quidem, quia subordinatio essentialiter importat in

A suo conceptu aliquem ordinem inter ea quæ subordinantur; subordinari enim alteri, idem est ac sub alio ordinari: Ordo autem essentialiter dicit prioritatem & posterioritatem: Ergo & subordinatio. Exemplis verò, nam quia inter Sacerdotem & Diaconum: inter Præsidem & Senatorem, est subordinatio in dignitate, est etiam prioritas, & posterioritas in loco & dignitate. Quia inter primum mobile, & alia corpora inferiora, est subordinatio in motu, est etiam prioritas & posterioritas in movendo.

Nec vim hujus argumenti infirmat, sed confirmat communis responsio Adversariorum, qui dicunt reperiri etiam in concursu simultaneo aliquam prioritatem ex parte Dei, non quidem naturæ & causalitatis, sed dignitatis & nobilitatis. Nam contra hanc responsionem urget argumentum propositum: Quotiescumque enim inter duo reperitur subordinatio in aliqua ratione, toties debet reperiri prioritas & posterioritas in tali ratione: Atqui inter Deum & causas secundas reperitur subordinatio, non solum in dignitate & perfectione, sed etiam in operatione & causalitate: cùm Deus non solum sit primum ens, sed etiam prima causa, & primum principium: Ergo ex parte Dei debet esse prioritas, non solum dignitatis, sed etiam causalitatis.

C Adde quod, si sola prioritas dignitatis ad subordinationem sufficeret, sequeretur quòd si nobilis & rusticus conveniret ad portandum eundem lapidem: vel equus & asinus jungeretur ad trahendum eundem currum; in tali actione daretur inter illos subordinatio, quia inter illos reperitur prioritas in dignitate & nobilitate: Sed hoc absurdum est, & à Philosophiæ & Theologiæ principijs penitus alienum: Ergo & illud.

204. Secunda ratio quam D. Thomas loco supra relato insinuat, & specialem appellat, sumitur ex dignitate primi moventis, quam Aristoteles, & alij antiqui Philosophi, solo luminis naturalis ductu, in Deo agnoverunt, & potest sub hac forma proponi. Omnes motus physici & vitales debent à Deo ut primo movente procedere: Ergo cùm actus peccati, v. g. mendacium, aut blasphemia, sit motus quidam linguæ, vitalis, & physicus; & actus odij Dei sit motus quidam vitalis liberi arbitrij, debet procedere à Deo ut primo movente; non quidem sub ea ratione quæ defectivus est, & regulis morum difformis (sic enim, ut sæpe diximus, in voluntatem creatam, ut in primam causam deficientem, & difformiter à regulis morum operantem, reducitur) sed ut physicus ac vitalis est; sic enim est bonus bonitate transcendentali, & in Deum ut in ultimum finem naturalem reducibilis. Sed talis actus, quantum est motus quidam physicus & vitalis, per concursum simultaneum non potest à Deo ut primo movente procedere: Ergo Deus non solum concursu simultaneo, sed etiam prævio, influat in materiale peccati. Major, & prima Consequentia patet. Ut enim discurret D. Thomas loco supra relato: *Necesse est omnes motus causarum secundarum causari à primo movente, sicut omnes motus inferiorum corporum causantur à motu cæli: Deus autem est primum movens respectu omnium motuum, & spiritualium, & corporalium: sicut corpus cæleste est principium omnium motuum inferiorum corporum. Unde cùm actus peccati sit quidam motus liberi arbitrij, necesse est dicere, quòd actus peccati, in quantum est actus, sit à Deo. Idem docet Albertus Magnus loco supra*



suprà relato, ubi inquit: *Actus malus, inquantum est actus, non egrreditur à potentia activa, perfecta secundum naturam, nisi secundum quod illa movetur à causa prima.*

205. Minor autem subsumpta, quæ asserit actus peccatorum, ut sunt motus quidam physici & vitales, per solum concursum simultaneum non posse procedere à Deo ut primo movente, facile suadetur. Primò ex D. Thoma 3, contra Gent. cap. 149. ubi ait: *Motio moventis præcedit motum mobilis, ratione, & causâ, id est prioritate rationis & causalitatis: Sed concursus simultaneus, prioritate causalitatis & naturâ motum liberi arbitrij non antecedit: alioquin, ut suprà dicebamus, talis concursus non esset simultaneus, sed prævius: Ergo talis concursus non est Dei moventis motio, nec per illum Deus movet voluntatem ad operandum, sed simul cum illa in eundem actum influit.*

Secundò probatur eadem Minor principalis: Quando duæ cause partiales in eundem effectum simul influunt, una non dicitur aliam movere ad agendum: v. g. quando duo equi trahunt eundem currum, unus non dicitur alium movere, sed potius uterque simul movet & trahit currum: Ergo quando Deus simul concurrat cum creaturis ad operandum, per talem concursum illas non movet, nec applicat ad agendum; sed solum simul cum illis in eandem actionem & effectum influit.

Tertiò eadem Minor suadetur: Moveri est mutari, cum omnis motus essentialiter sit mutatio: Sed per concursum simultaneum Deus non immutat causas secundas, quia non agit in illas, sed cum illis; nec illis aliquid communicat, sed solum effectui ab illis producto: Ergo per talem concursum illas non movet. De quo fusiùs in

Disp. 6.  
art. 2.

§. IX.

*Precipuum Adversariorum fundamentum convellitur.*

206. **P**Robari etiam potest nostra conclusio, destruendo præcipuum fundamentum Adversariorum. Nam si Deus non præmoveret ad materiale peccati, maxime quia consequenter deberet præmovere ad formale, propter indissolubilem connexionem quam formale habet cum materiali, in quibusdam saltem peccatis, v. g. in odio Dei: Sed hæc ratio nulla est: Ergo &c. Major est præcipuum Adversariorum fundamentum, Minor autem probatur primò; quia, ut infra ex Augustino ostendemus, eadem argumentatione utebatur olim Julianus, ut probaret non esse peccatum originale in parvulis.

207. Secundò, quia D. Thomas articulo suprà relato, fundamentum illud convellit, & penitus destruit. Nam sibi hoc argumentum objicit: *Res non assignatur causa efficiens, secundum quod est in intellectu, sed secundum quod est in re: sed quidam actus sunt in quibus non potest separari illud quod est de natura actus à deformitate, nisi secundum intellectum, quia bene fieri non possunt: ergo non causantur nisi secundum quod sunt sub illa deformitate &c.* Cui argumento sic responderet: *Ad quintum dicendum, quod sicut actio qua peccati deformitatem habet, dicitur bona, inquantum est actio, bonitate nature: non propterea quod aliquando inveniatur separata à deformitate, sed quia bonitas naturalis deformitati subsistat. Ita*

Tom. I.

**A** etiam Deus dicitur causa illius actionis, inquantum est actio, & non inquantum est deformis: hoc modo quod actionem non facit à deformitate separatam, sed quia in actione deformitatis conjuncta, hoc quod est actionis facit, & quod deformitatis non facit. *Etsi enim in aliquo effectu plura inseparabiliter sint conjuncta, non oportet ut quod est causa ejus quantum ad unum, sit etiam causa ejus quantum ad alterum. Sicut natura est causa oculi, quantum ad substantiam ejus, & non quantum ad defectum cæcitatis, qui ex nature defectu accidit.*

**B** Tertiò probatur eadem Minor principalis: Vis operativa, aut actus, non extenditur ad illud omne quod connectitur aut identificatur cum suo objecto, nisi contineatur intra spheram activitatis, aut latitudinem objecti adæquati ipsius; ut patet in intellectu, qui ita attingit verum, quod non attingit bonum, quamvis identificatum cum vero, quia bonum non est objectum intellectus: Sed deformitas peccati non continetur intra latitudinem, sive spheram activitatis divinae omnipotentia, & causalitatis ejus, ut suprà ostendimus: Ergo ex eo quod Deus per motionem præviam & physicam prædeterminationem, causet materiale peccati, cum quo connectitur formale, non sequitur quod causet etiam ipsum formale, & quod ejus motio ad malitiam & deformitatem se extendat.

**C** Quartò eadem Minor suaderi potest tribus exemplis aptissimis, quæ in Tractatu de scientia Dei adduximus. Primum est animæ moventis & applicantis tibiam curvam ad motum progressivum. Secundum, scribæ applicantis manum pueri ad scribendum. Tertium, Sacerdotis consecrantis hostiam ad conficiendum fortilegium, quæ ibidem videri possunt.

**D** Denique probatur Minor principalis, duplici argumento ad hominem. Primum sumitur ex doctrina novorum Casuistarum asserentium, famulum qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendentem per fenestram ad stuprandam virginem, & multoties eidem inservit, deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile operando, non peccare mortaliter, si id faciat metu notabilis devertimenti: pura ne à domino malè tractetur; ne torvis oculis aspiçiat, ne domino expellatur. Ita docent Castro Palao, Merula, Hurtado, & alij apud Dianam, quibus novissime subscripsit Tamburinus lib. 3. in Decalogum. Ex hac ergo novorum Casuistarum doctrina potest desumi argumentum ad hominem contra Adversarios: si enim famulus, qui est causa secunda & particularis, potest physicè influere & cooperari ad actus intrinsecè malos, quales sunt fornicatio, & adulterium, absque eo quod ejus causalitas seu influxus ad eorum malitiam & deformitatem se extendat: quanto magis Deus, qui est causa prima, & motor ac provisor generalis, poterit absque præjudicio suæ sanctitatis, motione, & efficientiâ physicâ, substantiam & entitatem actionis malæ attingere, absque eo quod ejus motio seu influxus se extendat ad malitiam & deformitatem illius: præsertim cum concursus causæ primæ sit universalissimus, & præcisivus, quod non habet concursus causæ secundæ, ut infra declarabimus; & Deus in tali motione & concursu obeat munus universalis provisoris, subministrantis causas secundas mediâ necessaria ad agendum; & famulus in prædicto ministerio se habeat ut provisor particularis, nec mediâ

XXX

208.

209.

Disp. 2.  
art. 6.  
§. 3.

210.

Cap. 2.  
§. 4.  
num.  
10.